



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Titulus XXV. De Officio Primicerii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63255)

cederent, ordine tamen & consecratione eos præcedebant, eò quod essent Vicarii Episcoporum non in foro contentioso, sed in solemnibus celebrationibus officii, in danda Benedictione, & in foro pœnitentiali; habebant enim in foro interno Jurisdictionem in reliquos Sacerdotes & diœcesanos, quorum confessiones excipiebant. *cap. 1. & 2. h. t.* Quod hodie ubi clericis peccata sua cu vis Sacerdoti approbato confiteri licet, correctum est.

QUÆRES 2. Quodnam hodiè sit officium Archipresbyteri, & qualem exerceat Jurisdictionem? *Resp.* Id non ex jure communi, sed specialibus ecclesiarum statutis & consuetudinibus delumendum esse, cum certum sit Archipresbytero de jure nullam in foro externo competere Jurisdictionem. In Archidiœcesi Moguntinâ Reverendissimus Dominus Archi-Presbyter dat investituram præsentatis ad altaria in ecclesiis Parochialibus Civitatis Moguntinæ, & in certo diœcesanos districtu, in quo eidem competit visitatio.

TITULUS XXV.

De

Officio Primicerii.

QUÆRES. Qui sint Primicerii, & quodnam eorum officium? *Resp.* Nomine Primiceriorum veniunt cantores, sic dicti, quasi primi cantotes, sive chori Directores & Magistri, eo quod reliquis Clericis in instructione & directione cantûs præficerentur *can. perlevis dist. 25.* ejus officium describitur in *cap. un. h. t.* Quo mone-

H 3

tur

tur primicerius, ut archipresbytero subsit, clericos modum psallendi doceat, ad disciplinam in choro attendat, ne garriant, qui psallere debebant; lectoribus lectiones assignet, & omnem curam impendat, ut cum debito honore & reverentiâ officium divinum peragatur. alius tenebitur de negligentia in officio suo admittâ, & rationem reddet altissimo.

TITULUS XXVI.

De

Officio Sacristæ.

QUÆRES. Quis sit Sacrista, & quodnam ejus officium? Resp. Sacrista a Custodiâ sacrarum rerum dicitur, ut idem ac sacristans, sive res sacras custodiens. *cap. un. h. t. can. perlectis. dist. 25.* Ejus officium est, vasa sacra, vestimenta sacerdotalia, & paramenta, totumque thesaurum ecclesiasticum diligentissimè custodire, & curam luminarium habere ne quid eorum per incuriam pereat, quod honori divino impendi debuisset; ideoque sacristanus & in quibusdam ecclesiis thesaurarius dicitur.

TITVLVS XXVII.

De

Officio Custodis.

QUÆRES. Quis sit Custos & quodnam ejus officium? Resp. Custos est Minister sacristani cui quidem res Ecclesiæ committuntur
custo.